


Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesentavit Petro Leopoldo. S. N. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesentavit Heinrico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputationibus subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. N. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesentavit Christophoro Bezdlo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger Tubingae.
5. Diss. de Jure Naturae praesentavit Johanne Gyphandro S. N. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesentavit Heinrico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesentavit Dominico Lubertio in iure insignium sequendorum causa publicis censuris subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesentavit Petro Theodoro S. N. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgius dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesentavit Johanne Harprecht Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. Homb. Tubingae.

18.

18



ASSERTIONES IVRIDICAE,

DE

# COMMODATO ET PRECARIO,

QVAS

DI VINO Cooperante nVMine,

PRAESIDIBVS, CLARISS. ET CONSVLTISS.  
VIRIS D<sup>n</sup>. SIBERTO SPEE Dictatore, & D<sup>n</sup>  
GABRIELE de BRVYN Fisco, SS. LL. Licentiatis  
in celeberrimæ Coloniensium Academix publico  
Iuris Collegio euentilandas  
proponit.

GODEFRIDVS SIVERDINCK  
STROMB. VVESTPHALVS.

Anno redemptionis humana M. D C. XIII. die 20. Iunij



24

COLONIAE AGRIPPINAE,  
Excudebat Petrus à Brachel.



18

COMMODATO  
ET PERECARIO

1742

Divino Cooperante in V. M. h. c.

PRÆSIDIVS CLARIS ET CONSALTISS.

VIRI PRÆSERTO SPERDISSIMO, & D.

GABRIELIS DE BRVY N. RICE 22. 1. 1742

in celeberrimo Collegio publico

Juris Collegio enchiridias

proponit.

GODEFRIDVS RIVERDINCK

STROMA VESTIBULIS

Amstelredamum, h. m. d. c. lxxii. die 1. Junii



Facultatis Juris & Prædicatorum

AMPLISSIMO, ET CON-  
SULTISSIMO VIRO, D<sup>n</sup>.

GOSVINO

MERCKELBACHIO,

*ICto* CLARISSIMO, ET INCLYTAE REIP.  
*Susatensis Consuli spectatissimo.*

NEC NON

GENERE, VIRTUTE, AC DO-  
CTRINA NOBILISSIMIS. DD.

GOBELO, & IOANNI

à DAEL,

DOMINIS, MECOENATIBVS, ET  
*patronis suis colendissimis.*

VT ET

ERVDITIONIS, ET PRVDENTIAE  
LAVDE CONSPICVO VIRO,

D. IOANNI

SIVERDINCK,

QVAESTORI STROMBERGENSI FIDE-  
lissimo, parenti suo mellitissimo.

*Haec suas assertiones, in sempiterna  
obseruantia tesseram*

*dicat, & offert  
Godefridus Siuerdinck Resp.*



## CONTINUATIO.



Vo pacto genus creditum resque dominio translato, ex mutuo, vel quasi mutuo, per certi, aliasque conditiones repetantur, hucusque dictum est: consequenti nunc ex recto ordine videndum, quibus actionibus eadem res in specie, quarum usus sine dominio creditus est, repeti possint; ubi primo se offert commodati a) actio, de qua eiusque causa scilicet commodati contractu: Et quia in potiori eius naturam sapit precarium b) insuper de eo paucis agemus.

a) Vves. in par. h. b) l. i. §. fin. de precar. Et post commodatum proximus gradus est communicandi usus rei, Oldend. class. 4. act. 16.

### A S S E R T I O P R I M A.

**E**st autem commodatum, a) contractus, b) nominatus, quo res certa, certum ad usum, c) gratuito, d) conceditur, e) a lege, ut eadem ipsa in specie, e) finito usu, restituatur, f)

a) Sic dictum in specie & proprie, quasi cum modo, quod est certa forma, prescriptoque utendi modo datū l. 17. §. 3. h. l. i. §. 3. de obl. & act. §. itē is, 2. Inst. quib. mod. re cōtrah. obl. In genere verò significat inseruire alicuius cōmodis, vel alicui quoquo modo prodesse. Obr. disp. 13. th. 2. Harp. part. 2. disp. 4. th. 1. lit. a. b) Iuris gentium, §. sed ius quidem ciuile 2. Inst. de iure nat. gent. & ciuil. l. 5. de Iust. & Iur. l. 7. §. 1. de Pact. re initus, d. §. item is cui 2. l. 1. §. 3. de O. & A. d. l. 7. §. 2. de pact. l. 1. §. fin. de præscr. verb. c) ad diff. rentiam precarii, quod sine certi usus præfinitione conceditur, ut inf. dicetur. Deinde ut pignus & depositum excludantur, si enim creditor pignore, vel depositarius deposito usus fuerit, furtum committit, §. furtum autem 6. vers. itaque siue creditor. Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc. d) quo secernitur à locatione, l. 5. §. 12. h. l. 61. §. 6. de furt. d. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. obl. e) ad differentiam mutui, in quo idem genus, non eadem restituitur species, l. 2. in pr. & §. 1. de reb. cred. in pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. Quomodo autem hic contractus à reliquis secernatur, tradit latius Myns, ad §. 2. Inst. d. t. n. 3. & seqq. Sich. in rubr. C. h. f) Obr. d. disp. 13. Vult. 1. I. R. 23. & quidem non deterior, sed integra restituenda est l. 3. §. 1. h. Proprie enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur d. §. 1. ubi transpositione Hot. 5. obs. 24. in particula NON haud opus esse autumo, arg. l. 18.

l. 18. §. 1. h. l. 1. §. si res deposita i 8. depos. cum res eodem recidat, Gothof. ad d. l. 3. §. 1. Diff. Treutl. vol. 1. disp. 24. th. 1. lit. G.

## II.

*Contractum hunc legitime celebrat, qui consentire potest: a) siue filiusfam. siue paterfam. b) siue liber, siue seruus existat, nec refert bona an male fidei possessor sit, c) Quocirca furi & pradoni neutiquam actio commodati deneganda, d)*

a) l. 1. §. 3. de pact. l. 5. de R. I. b) l. 43. l. 39. de obl. & act. Mozz. h. tr. col. 1. nu. 1. c) l. 14. h. d) l. 15. cum seq. h. l. 64. de iud. Nec qui ex hoc contractu conuenitur, questionem domini referre potest d. l. 15. vbi Cost. num. 4. l. 1. §. 39. depos. l. 11. solut. matr. Sich. in l. 2. n. 2. C. h. si tamen rem suam esse asserat, exceptionem hanc recte obiiciet l. 15. depos. l. 20. C. locat Gothof. in d. l. 11. Idem dicendum erit, si male fidei possessor non ex contractu, sed rei vindicatione agere velit, l. fin. C. de rei vindic. gloss. in d. l. 11. Quoniam in ea actione non, an reus causam ab agente habuerit, sed num is dominum habeat, disputatur, Cost. in d. l. 15. h. Quid si autem Dominus verus concurrat, & sibi rem restitui contendat, commodans vero qui causam dedit, actione commodati agat: vtri res reddenda erit? Domino restituendam esse recte concludit, Costal. d. loc. 31. §. 1. depos. cum iustior hic Domini sit petitio Borch ad §. 1. Inst. de Iust. & Iur.

## III.

*Arcentur vero ab eo, qui alias contrahere, vel natura, vel lege prohibentur: vt Infans, a) furiosus, b) prodigus, c) impubes sine tutoris sui auctoritate, adeo vt inde, neque naturaliter, neque ciuilitur obligetur, d) nisi locupletior factus, aut dolo in re commodata versatus sit. e)*

a) Infantem appello, qui optimum aetatis annum nondum expleuit, l. 18. in pr. C. de iur. delib. l. 1. §. sufficit de administ. & peric. tut. Menoch. de arb. iud. quaest. lib. 2. cent. 1. cas. 57. num. 9. 10. & 11. & hunc nullo iure obligari posse assero, etiam si tutoris auctoritas accesserit l. 5. de R. I. l. 70. de V. O. §. pupillus. Instit. de inutil. stip. quia neque nolle, neque velle habet. l. 22. ad l. Cornel. de ficar. l. 1. §. 13. de O. & A. & frustra tutoris auctoritas id comprobat, quod non est. vide Goedd. tr. de contrah. & commit. stip. c. 7. concl. 12. num. 173. nisi tamen sit proximus infantiae quo casu, vtilitatis causa, & iure singulari pubertati proximo equiparatur. l. 2. & 6. rem pup. vel adol. sal. fore. §. sed quo 10. Inst. de inutil. stip. Hack. disp. 15. th. 12. lit. h. Quam diu autem quis infantiae proximus dicatur, & quando pubertati proximus fieri incipiat, anceps Dd. conflictus est, verior mihi videtur eorum sententia, qui illud Iudicis arbitrio aestimandum relinquunt arg. c. 3. c. fraternitati c. fin. ext. de eo, qui cogn. cōf. vxor. vbi malitia, quae & prudentia dicitur, aetatem supplet. Accedit, quod non omnium hominum pat. fit temperamenti maturitas, secunditas ingenii, iudicii vbertas. Goedd. d. tr. c. 7. num. 204. & seqq. Couarr. ad Clem. si furiosus in init. 3. part. num. 5. de homicid. Menoch. 2. arb. Iud. quaest. cent. 1. cas. 57. num. 44. & seqq. Diff. Accur f

curs. ad §. 9. Instit. de inutil. stipul. & 2d §. in summa Inst. de oblig. quæ ex  
 delic. nasc. qui tempus à finita infantia in duas æquales diuidit partes: vt qui consistit in  
 priori, infantie proximus; qui in posteriori ordine, pubertati proximus dicatur; aliter Cuiac  
 17. obs. 4. in fin. per l. 17. in pr. de excus. tut. b) §. furiosus Inst. de in-  
 util. stip. & ibi interpretes l. 3. §. 3. de acquir. poss. l. 9. C. qui test. fac. poss. l. 5.  
 vbi Dec. l. 40. de R. I. si vero perspicuis gaudeat interuallis, sanaque mente & iudicio  
 subinde vtatur, ab hoc contractu, vt & aliis, non est repellendus. d. l. 9 l. 14. de offic.  
 Præs. l. 90. §. 4. qui test. fac. poss. Goedd. d. tr. c. 7. concl. 9. n. 114. c) d. l. 40.  
 de R. Iur. vbi Dec. qui quoniam neque modum, neque finem habet expensarum, l. 1. de  
 curat. fur. l. 12. §. 2. de tutor. & curat. dat. ab his. & c. non multum, quoad iudicii  
 usum à furioso distat. Goedd. d. loc. num. 121. Prodigus autem quoad illum effectum cen-  
 sendus, cui mediante magistratus decreto bonis interdictum est. l. 6. de V. O. l. 27. in pr.  
 de minor. fac. l. 18. vers. Quod tamen interdictione qui test. fac. poss. l. 17. §. 1.  
 vers. sed vtrum de curat. fur. Sich. ad rub. C. qui test. fac. poss. nu. 25. Goedd.  
 d. c. 7. num. 141. & seqq. Diff. Acc. in d. l. 14; de offic. præsid. Don. in d. l. 6. nu.  
 6. & seqq. de V. O. Fach. 2. contr. 68. d) l. 5. §. fin. h. l. 5. in pr. & §. 2 l. 9. l. 13  
 de auth. tut. §. 1. 2. Inst. eod. §. pupillis Instit. de inutil. stipul. §. is quoque in-  
 stit. quib. mod. re contr. obl. l. 59. de O. & A. l. 13. §. 29. de act. empt. l. 41. de  
 cond. indeb. Vult. 1. Dis. 16. Goedd. d. loc. n. 212. & multis seqq. Cuiac. 17.  
 obs. 4. 21. obs. 21. & obs. 23. Diff. Acc. in l. 59. de V. O. Cost. in d. l. 41. de cond.  
 indeb. Harp. vol. 2. disp. 2. th. 5 & alij, quorum opiniones vide apud Goedd. d. loc.  
 e) l. 3 in pr. h. l. 3. §. 4. de negot. gest. l. 1. §. 15. de pos. d. l. 5. de anth. tut. l. III.  
 de R. I. & ibi Dec. Goedd. d. loc. n. 216. De minore curatorem habente non infrequens  
 est altercatio; num ex contractu sine curatoris consensu inito obligetur? Negandum id puto,  
 per l. 3. Cod. de integr. rest. min. vbi Sich. Goedd. d. c. 7. concl. 14. & ad l. 21. n.  
 6. & seqq. de V. S. Gloss. & Don. in l. 101 de V. O. Diff. Vult. 1. I. R. 27. n. 10. &  
 1. dicept. 16. Fach. 3. contr. 9.

#### IV.

*Commodari porro potest res non modo corporalis, sed & incorporalis, a) tam mobilis, quam immobilis: b) nec refert aliena sit, an propria; c) si tamen eiusmodi sit, vt usu consumatur, in hunc contractum non cadit, nisi forte ad pompam & ostentationem, vel dicis causâ commodetur.*

a) Habitationem enim commodari posse asserit Viuianus l. 1. §. 1. in fi. h. vbi gloss. l. 17. de præscript. verb. §. sed si cui Instit. de & usu habit. vbi Myns. nu. 6. in fi.  
 b) d. l. 1. §. 1. h. Mozz. d. tr. col. 2. num. 1. Vves. in par. h. nu. 4. c) vide notata  
 sup. th. 2, lit. D. d) l. 3. §. fin. & l. 4. h. l. 18. §. 1. de reb. cred. Mozz. d. col. 2. n. 3  
 Dicis autem causa significat, quàm neglectè, remissè, eo tamen animo, vt officio functi vi-  
 deamur: non accurate, sed perfunctorie, & hic loquendi usus reperitur etiam apud Vlpian.  
 in l. 1. §. 34. ad SC. Sill. & apud Cic. 6. in Verr. vel non ex animo, sed vt quis dicere  
 possit se numerasse. d. l. 4. h. vbi ita explicat Henneq. in repurg. glossar. Couarr. 4.



variar. resol. 8. Treutl. d. disp. 24. th. 1. lit. G. vbi dissent. vide.

V.

Quoniam autem res qua commodatur ad certum & determinatum datur  
vsum: a) ideò vsum illo expleto, in quem commodata est, non solum ipsa, b)  
sed etiam eius accessiones & fructus, c) tempore locoque opportuno, d)  
sunt restituendi: & si commodatarij mora interuenerit, etiam vsura, ( vt in  
reliquis bonae fidei contractibus ) optimo iure peti poterunt. e)

a) l. 17. §. 3. l. 10. in pr. h. qui vel tempore expresso, vel tacite intellecto determina-  
tur, l. fin. de praescrip. verb. Obr. d. disp. 13. th. 25. Vves par. num. 5 h. Mozz. d. tr.  
col. 3. n. 7. & hoc, nisi fiat, commodata res non dicitur. Gothofr. in not. ad gloss. d. §  
3. b) imò licet vsum nondum expletus sit, si tamen iustum tempus, quo vsum rei potuit im-  
pleri, sit transactum, res à commodatario repeti potest, arg. l. 15. §. 6. locat. Cost. in l. 5.  
h. Obr. d. disput. th. 45. c) l. 5. §. 9. & 13. h. l. 38. §. 10. de vsur. Old. class. 4. act.  
15. d) quemadmodum in ipso contractu conuentum est, l. 5. in pr. h. l. 39. de solut.  
l. 7. l. 9. de eo. quod cert. loc. dar. oport. e) l. 17. §. 3. & 4. l. 32 § 2 de vsur. l. 13.  
C. eod. Harp. d. disp. 4. th. 12. lit. c. Nec tamen quasi vsura, id est fœnus, sed quod in-  
terfit moram non fecisse commodatarium, arg. l. 6. in pr. pro soc. l. 17. §. 4. de vsur. Cu-  
iac. in par. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, profer, & hæc vsura rectè tam  
diuino, quam humano iure petuntur: quia non sunt lucratiuæ, vel gratiuæ, sed onerosæ. Sic  
ad l. 2. C. de vsur. à naturali idcirco etiam æquitate non abhorrent arg. l. nam. & hoc  
natura. de cond. indeb.

VI.

Ex hoc contractu resultat actio commodati, a) quæ vel est directa, vel  
contraria, b) Directa datur commodanti aduersus commodatarium, c)  
eiusque heredem; d) vt vsum rei finito sibi salua & integra res e) restitua-  
tur. Quæ conuentus si dolo, vel contumaciâ rem non reddat, quanti commoda-  
tor in litem iurauerit, condemnabitur: f) si verò res culpa sua perempta sit,  
æstimationem Iudicis præstabit. g)

a) ciuils. l. 17. §. sicut h. Quod autem in l. 1. §. 1. eod. dicitur de approbatione, non de  
origine intelligendum est. Gloss. in § sed ista. Inst. de act. Vves. in par. num. 9. ff. h.  
personalis, & rei persecutoria, §. 1. Inst. de act. §. rei persequendæ. eod. vbi Mynf n.  
34. Mozz. d. tract. col. 6. in fin. b) l. 27 §. 1. l. 18. §. fin. h. §. item is, Inst. quib.  
mod. re contr. obl. Habet autem actio contraria locum, quando est idem nomen contra-  
ctus, & diuersa sunt nomina contrahentium: vt hic, & in deposito, mandato, &c. Mozz.  
d. col. 6. nu. 4 aliter Mynf in d. §. item is, & §. rei persequendæ. Inst. de act.  
c) etiam aduersus plures, qui simul in solidum commodato acceperunt: quo casu in solidum  
tenentur ex natura contractus, licet pacto aliud introduci possit. l. 5 §. vlt. h. Hot. illust.  
quæst. 19. Forst. part. 2. disp. 5. th. 5. lit. c. ita tamen, vt vnus solutione reliqui libe-  
rentur. l. 15. de tutrat. distr. l. 22. depos. l. 13. C. locat. d) pro parte qua heres  
est,

est, nisi ex facto ipsius agatur, aut totius rei restituendi facultatem habeat: tunc enim condens natur in solidum l. 3 § 3. l. 17 § 2 ff. l. 3 C. h. e) in eadem substantiæ bonitate l. 3 § 1. h. si tamen commodatarius re ad sui & verum usum utatur, & ex illo usu deterioretur, nihil prestare cogitur l. 10 in pr. vbi Gothof. & l. fin. h. f) l. 3 § 2 h. l. 2 § 1 l. 8. de in lit. iue. g) l. 17 § vlt. l. 18 § vlt. h. hoc enim casu insurandum in litem siue affectionis cessat d. l. 2 § 1. l. 4 § fin. de in lit. iur. l. 3 § 1 h. Hinc intricata efflorescit quaestio: quod tempus in aestimanda re commodata regulariter spectari debeat? Ego vt in reliquis bonæ fidei iudiciis, tempus rei iudicata: in strictis, litis contestatae spectandum esse concludo. per l. 3. § 2 h. l. vinum 22 de reb. cred. si autem mora præcesserit, in illis temporis ratio habenda, quo post moram usque ad sententiam plurimi fuerit l. 3 § 3 & seq. & l. 21 § 3. de act. empt. l. 37 mand. in his vero aestimatio præstabitur, quæ fuit à tempore moræ, usque ad litem contestatam l. 3 de condict. tritic. vide prolixè Borch. tr. de reb. cred. cap. 7 n. 92 & seqq. Pac. cent 3 ant 72 Hot. illustr. quæst. 16 Bronch. cent. 2 aff 19 Harp. d. disp. 4 th. 4 qui contraria resoluunt.

#### VII.

Venit in hanc actionem dolus, & omnis culpa, a) Fat ales autem casus commodatarius non præstat, b) nisi culpa eius interuenerit, c) vel expressè de casu fortuito præstando pactus sit: d) aut si res commodata aestimata fuerit, & commodatarius aestimationem se præstiturum receperit, e)

a) l. 5 § 2 & § 7 l. 8 in pr. ff. c. vnic. ext. h. l. 23 de R. I. § item is. Inst. quib. mod. re cont. obl. vbi Borch. & Myns. l. 1 § is vero 4. de C. & A. arg. l. 21. C. mand. Quod intellige verum cum commodatum solius commodatarii gratia contrahitur (vt plerumque fit d. § 2 vers. commodatum autem) eiusque utilitas tantum in eo versatur. Si. n. solius commodatoris utilitas versetur, dolam & latam culpam d. l. 5 § interdum 10 l. 10 § 1 l. 12 in pr. h. si vtriusque dolum, latam & leuem culpam commodatarius tantum prestare cogitur d. l. 18 in pr. vers. at si vtriusque h. Vves. par. n. 8. eod. Sich. in rub. C. h. n. 8 Vide Mozz. tr. h. col. 2. per tot. b) vt vim diuinam, vim naturalem bestialem vel fluitalem d. l. 5 § 4 l. 18. in pr. h. d. l. 23. in fin. de R. I. l. 1 C. h. & ibi Sich. l. 6 C. de pig. act. Obr. d. disp 13 th 65. c) d. l. 5 § 4 d. l. 1. § 4 de obl. & act. sæped. § ite is. vers. si mō. nō ipsius. d) d. l. 5 § 2 vers. aut si hoc ab initio d. l. 23. de R. I. l. 7 § 15 de Pact. Conuentio tamen ne dolus futurus præstetur in contractibus minimè admittenda est l. contractus de R. I. l. 17. in pr. h. l. 1 § 7 depos. Don. li. 16. comm. cap. 7. edit. post. pag. 876 col. 2. Bronch. cent. 1. misc aff 17. e) d. l. 5 § etsi forte 3 h. Hinc non ineptè à Dd. disputatur: num casus fortuitos in se recipiens de insolito etiam sentire intelligatur? Affirmantes sequor per l. 9. §. 2. iunct. l. 15. § 2. locat. facit. quod oratio indefinite equipolleat vniuersali l. 4 in pr. de tut. l. 43. in pr. & l. seq. in pr. de legat. 2. Harp. tr. de locat. & cond §. pen. n. 11. & seqq. Fach. 1. cont. 86 Bronch. cent. 1. miscell. aff 15. Hænon. disp. 15. th 8 Diff. Gail. lib. 2. obl. 23. n. 18. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. quæst. cent. 1. cas. 80. & alii plu  
res

res quos referunt Fach. & Harp. dd. loc. Sequitur ergo veram esse sententiam Sich. & Pinel. statuentium: quod generale pactum de casibus fortuitis recipiendis sufficiat, nec speciali opus sit l. 7. §. sed et si quis, 15. de Pact, l. 39 mand. Diff. Cost. in l. 4. §. quæsitū est. si quis caut. in iud.

### VIII.

Huic porro actioni affinia sunt remedia, ac cum ea concurre possunt, Rei vindicatio, a) actio furti, b) & l. aquilia. c)

a) l. officium 9 in fin. de rei vind. Non tamen inde sequitur, quod in commodatarium naturalis possessio transferatur, cum & contra eum, qui nudam & corporalem detentionem habet, hæc actio detur, l. 2 h. d. l. officium, qui autem detinet rem, eius possessor non est l. 38 §. planè 8 de V. O. Bronch. cent. 1. aff 75 Cuiac. 9 obs. 32. Diff. Treut. h. th. 2 lit. i. b) si commodatarius re aliter utatur, siue amplius, quam fuerit conuentum l. 40. de furt l. 5 §. 8. h. Harp. tract. crim. tit. de furt. §. 6 n. 2 Valer. Max. lib. 8 c. 7 in fin. similiter si rem sibi utendam datam alii commodat, hac actione tenetur l. 54 §. 1. de furt. Prædicta tamen ita vera sunt, si commodatarius sciat se inuito domino facere, non si probabiliter putet se facere domino promittente §. placuit 7 Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. arg. l. 53 de furt. Sed quid si commodatarius inuito domino se contrectare existimet, dominus autem consentiat, num furtum fecisse dicitur? Neg. per §. sed et si 8. Inst. d. t. l. 46 §. 8. de furt. arg. l. 2 §. 15 pro empt. l. 85 de R. I. Harp. d. loc. n. 4. & seq. Borch. ad d. §. sed et si n. 1. & seq. Diff. Myns. ibid. c) l. 18. §. 1. h. quæ si intentata fuerit commodati actionem consumit: hanc tamen illam non consumere verius est l. 7 in fin. d. l. 18 §. 1. h. l. 30 §. vlt. de obl. & act. quo in loco retinenda est lectio Florent, & verbo (remanere) non est præponenda negatio, ut refert, Gothof. in not. ad gloss. ibid. ex Bart. in l. 5. oppos. 13. h. In fine autem d. §. rectè tollitur negatio à Cuiac 3 obs. 25. & 17. obs. 12 Hotom. illust. quæst. 29. in fin. Pac. cent. 4. enant. 43. Obr. in dis. de concurs. act. th. 116.

### IX.

Succedit contraria commodati actio, quæ competit commodatario eiusque heredi, aduersus commodatorem eiusque heredem, a) si res commodata ante expletum usum reuocetur, b) vel si vitio rei detrimentum passus sit, c) vel impensas maiores d) in rem commodatam necessario e) facere debuerit. Quod autem contrario indicio commodatarius impetrat, id quoque rectè retentionis, f) non etiam compensationis iure consequi poterit. g)

a) l. 17 §. 1. & §. sicut 3. l. 18. §. penult. h. Obr. disput. 13. th. 93. b) d. l. 17. §. 3. c) veluti si vasa vitiosa tibi sciens commodauerim, & infusum quod erat effluerit: vel commodauerim seruum furem, & is tibi furtum fecerit l. 18. §. 3 l. penult. h. Don. 14. cōm. 3 mihi pag 674. col. 1. Huc pertinet, si commodatarius pro re perditâ precium commodatori soluerit, & ea deinde ad commodatorem peruenerit, quod aut rem ipsam, aut estimationem receptam reddere debeat d. l. 17. §. fin. & ita in electione commodantis ad litem usque contestatam esse statuo, utrum rem an precium reddere velit, cum nemo ex beneficio suo

suo damnum sentire debeat, l. 7. testam. quemad aper. gloss. in d. l. 17. §. fin. Old. class. 4. act. 15. Diff. Treutl. disp. h. th. 4. lit. d. d) d. l. 18. §. possunt. Modica impendia, que cibaria non excedunt, à commodatario non repetuntur; quia ille commodo rei utitur. Vves. par. h. nu. 11. d. §. possunt. e) viles impensas non aliter repetit, quā si inchoatas à Domino absoluerit, aut voluntate eius inchoauerit, & perfecerit. l. 25. de pig. act. Don. d. c. 3. f) l. 20. vbi Gothofr. de acq. poss. l. 15. §. fi. de furt. l. 12. de vi & vi armat. g) l. vlt. C. h. sæped §. item is, ibi. & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur, cum in commodato eadem species restituatur. l. 2. in pr. de reb. cred. Species autem compensationem non admittit, l. 26. §. si centum 4. de condic. indeb. l. 18. in pr. de pignor. act. gloss. in l. 18. §. fin. h. Bronch. cent. 2. aff. 42. Arumæ exerc. 12. th. 13. Diff. refert & sequitur Hoen. disp. 13. th. 9.

### X.

Restat precarium, a) quod magnam cum commodato affinitatem habet: b) & definitur, quod precibus petenti utendum conceditur, c) quamdiu is qui concedit, patitur. d)

a) De quo tit. 26 lib. ff. 43. Non Ecclesiasticum; de quo agitur in cap. vnic. qui successen. 1. feud. 9. Nouel. 7 c. 4. & 120. c. 1 l. 14. §. 5. de sacros. Eccl. nā in hoc merces plerumque interuenit, non in illo. tot. t. h. Hoc singulis lustris reuocari solebat. c. 1. ext. h. illud pro libitu concedentis reuocatur. l. 1. h. Cuiac. 4. obs. 7. b) l. 1. §. fin. h. Gothofr. in l. 15. §. 1. eod. vide not. sup. in alleg. continuat. lit. b. c) nullo certo prescripto sine & modo. Don. 4. comm. 34. d) d. l. 1. §. 1. h. Et hæ principales differentie precarium à commodato & donatione distinguunt. l. 1. l. 2. & passim h. Quibus adde quod in commodato dolus & omnis culpa veniat. vide sup. th. 7. in alleg. ad lit. a. in precario tantum dolus, & que illi equiparatur, lata culpa præstetur: quia cum iuris civilis regulis precarium non sit alligatum, benignius cum eo agendum Prætor existimauit, cum is, qui dedit, benigne facere voluerit. l. 8. §. 3. h. Vves. in par. n. 4. eod. Accedit, quod ex commodato detur actio directa, & contraria. sup. th. 6. ex precario vero interdictum & actio prescriptis verbis, l. 2. §. 2. l. 19. §. fin. ff. h. c. Unde sequitur precarium recte ad contractus innominatos referri. l. 23. de R. I. actio enim prescriptis verbis, non datur nisi ex contractibus. l. 3. de præscript. verb. Don. d. c. 34. & 12. com. 13. in fin. Vves. in par. C. h. Diff. Boc. ad d. l. 23. c. 4. n. 4. Cuiac. 4. obs. 7. & in par. C. h.

### XI.

Vtrum verò is, qui precario rogauit, possideat: Et num eius vsus ad nutum concedentis, etiam statim & intempestiue restituendus sit? acris inter Dd. est controuersia. Illic negatiua, a) nisi eo animo precarium tradatur, b) hic affirmatiua sine vlllo diuerticulo insisto. c)

a) l. 22. §. 1. de noxal. act. l. 6. §. 2. h. b) l. 13. §. 17. de acquir. poss. l. 4. §. 1. h. Don. 5. comm. 13. pag. 197. col. 1. Borch. tract. de acquir. poss. c. 6. num. 21. & cap. 8. nu. 38. Old. class. 4. act. 16. in affin. remed. Diff. Conn. lib. 3. c. 10. n. 6.

qui

cui nunquam possidere precario rogantem asserit: alii aliter. & hoc casu, qui precario accepit, interdicto *uti possidetis*, experiri potest. praterquam contra eum à quo possessionem seu precarium accepit. l. 17. de acquir. poss. l. 1. §. fin. *uti possid.* Bronch. cent. 3. ass. 98. Hoen. disp. 23. th. 8. c) l. 1. in pr. §. 1. & 2 l. 2. §. & naturalem 2. h. Dec. in l. 23. num. 11. Cuiac. parat. C. h. Diff. Couar. lib. 3. var. ref. c. 15. num. 6.

## XII.

*Solvitur precarium morte illius, qui precario rogavit: a) concedentis autem morte minimè finitur, sed ad eius heredem absque nova eiusdem concessionis transit. b)*

a) Cap. vlt. ext. l. 12. §. precarij h. & ibi gloss. Sebast. Med. in tract. mors omnia solvit part. 2. conc. 81. num. 253. b) d. §. precarii. d. c. vlt. l. quæsitum 8 §. 1. h. Sebast. Med. d. loc. Couarr. d. c. 15. nu. 1. & seqq. Diff. gloss. in d. l. quæsitum. §. 1. h.

## COROLLARIA POLITICA.

### I.

**D**ubia, & plurimis paginis à politicis disputata est quaestio: *utrum electio, an vero successio in regnis & imperijs praferenda sit? Pro electione licet quidem rationes & fundamenta militent; argumenta tamen & commoda successionem suadentia, maioris esse ponderis cum Bodin. & Lips. contra Danaum statuo.*

### II.

*Nec minor est controuersia: an principem praelijs promulgatis in acie stare, an potius per legatos, & vicarios suos bella administrare oporteat? Ego posterius cum Lips. contra Bodin. propugnabo.*

F I N I S.

CVM DOCTRINAE, TVM VIR-  
TVTVM PRAESTANTIA INSIGNI  
VIRO. D<sup>n</sup>.

GOTHOFREDO  
SIVERDINGK,  
IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATO  
MERITISSIMO, AMICO ET SYMPATRIOTAE  
SVO DVLCISSIMO.



*Am tandem egressa est virtutis gloria claustris:  
Et vigor ingenij luxit, amice, tui.  
Ostendis clarum celebri, GOTHOFREDE, Lyceo  
Doctrinae specimen, Martis & artis opus.  
Sic re declaras, quod mens praesaga ferebat,  
Sparsa est in vulgus nec vaga fama tui.  
Non vaga fama fuit, toti quae claruit vrbi;  
Nil tulit & fraudis spes sitibunda patri.  
In Themidos castris qui sis versatus, adumbrat  
Hec thesium docto parta labore decas.  
Quam patet ex imis Legum penetralibus haustam;  
Contextam & clarum flore, lepore, virum.  
Niteris hanc celsam Baldi pro more cathedram  
Tutari, intrepide tela inimica fugans.  
Doctam hac Doctorum nil deterrere coronam.  
Propositum frangit nec studiosa cohors.  
En GOTHOFREDE tuis votis pia fata susurrant.  
Omina nominibus conueniuntque suis.  
Perge vt sicutisti, sinuosa volumina Iuris,  
Voluere, & Antistes Iustitiae amplius eris.*

Hoc quicquid est, non tam moris quam amoris  
ergo applaudens deproperabat.

THEODORVS BRVNINCHIVS  
Vechtensis VV. SS. LL. in Vbijs  
Studiofus.

venio metallico in fundo feudali repte, cum ptineant  
ad totum feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Haec enim nomine an hoc commodum Junis Regalis p. 12.  
th. 14.  
v. f. m. s. u. n. a. n. y. an i. y. Junis g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3.  
3. coroll. 4.

---

01 A 6525

ULB Halle


3

002 935 813




12

1007








B.I.G.

Farbkarte #13



VRIDICAE,

# DATO ARIO,

e nVMIne,  
ET CONSULTISS.  
PEE Dictatore, & D<sup>n</sup>  
co, SS. LL. Licentiatis  
ntilandas

VERDINCK  
PHALVS.

D C. XIII. die 20. Iunij



IPPINAE,  
s à Brachel.

78

24

Inches

Centimetres